

## VI-17

**Falco** / (Herodius) calidus et aliquantum siccus est, et magnam vim cordis habet, **2** et in volatu velox est, et alte sursum infertus deorsum, et in medietate aeris volat. **3** Et in aere illo qui procellas grandinum et fulgurum et tonitruum infert versatur, nec procellas illas timeat, sed in eis delectatur, ita quod etiam hinc eodem aere vene replentur. **4** Ideo quoque natura fortitudinis et velocitatis volatus pennarum ipsius et natura ferocitatis et rapacitatis unguinum eius in magna acerbitate est. **5** Nec caro eius comeditur. **6** Et si \***ortune** in homine sunt, sive integre sive rupte sint, **smalz** eius desuper unge, et siccabuntur. **7** *Quia enim berodius calidus est, et altum et sanum aereum habet et in se trahit, et sagmen eius sanum est, et ideo bono calore et bona virtute sua prava humores de quibus scrupule oriuntur sanant.* **8** Sed **falco** tantam acerbitatem in se habet quod ad medicamentum non valet. **9** Sed alii **falken**, de quacumque terra sint, eandem naturam habent sicut et iste, et etiam ad eadem opera valent, **11** nisi quod interdum secundum regiones in quibus nutriuntur, **12** alius alii fortior et velocior existit.

## VI-18

**Hauch** / (Accipiter) calidus et humidus est, **2** aque alias volucres novit, et naturam eorum sentit, et secundum quod in eis novit, eis insidiatur et rapit. Et alte et infertus ac in medietate aeris volat. **3** *Qui calorem et humiditatem gignendi habet, ac in illo naturalem ferocitatem et acerbitatem accipit, unde et semper alias volucres superare sinit.* **4** Nec caro eius propter ferocitatem ipsius comeditur, quia inde homo ledetur. **5** Homo autem qui in iecore aut in dextro latere doret, pulmonem accipitris / **habichs** in aqua coquat, et ei **schering** addat, et consolidat plus quam cicutem / **scheringis**, et de butiro vaccarum in maio parato plus quam istorum trium sit, et simul coquat, et per pannum colat, **6** et sic ungentum faciat, **7** et circa iecor suum ac in dextro latere cum malo parato plus quam istorum trium sit, et simul coquat, et per pannum colat, **8** Nam calor iecoris expressione stomachi et de malis humoribus qui in eo sunt oritur, et ita etiam dextrum latus eundem dolorem suscipit. Sed pulmo predicti altis virtute boni aere sepe perfusus, et inde sanus factus, bono calore suo cum suavitate aque et cum calore acute et cum frigiditate consolidate et cum calore butiri in maio parato, **9** quod sanum est temperato, **10** humores qui iecor et dextrum latus ledunt fugat. **11** Et qui leprosus est, fel eius accipiat, et ei bis tantum vini addat, et ubi in corpore suo lepra est, ibi se perungat, et mox **smalze** eiusdem accipitris ipsum locum inungat, et hoc sepe faciat, et lepra sanabitur. **12** Nam de calore eius et de virtute accipitris fel eius acutum est et forte, et illud cum vino quod etiam calidum et acutum est temperatum, prava humores lepore auferit, et postea sagmen eius etiam eadem ulcera transfigit et sanat. **13** Penne